

liter substineant et soluant de restauro hoc non est dubium quod est iustum. Dicunt quod in hoc facto et in quolibet alio facto pro communi bono terre est faciendum restaurum et casus induci per eos sunt similes et induci per responsores sunt dissimiles.

Contra quadruplicata per petentes predictos quintuplant responsores predicti; quia affirmant quod predicti petentes ex dishabitatione habuerunt plurimum 190 damnum respectu utilitatis quam habuerunt in alijs, set bene habuerunt damnum cum alijs sibi similibus in dicto loco, qui fuerunt bene LXX, quorum casalia si deberent restaurari non sufficeret mobile et stabile totius insule. Dicunt quod si alij uolunt probare et ipsi probare dicunt quod nulla ratione potest dici quod postquam non est facta promissio uel consilium de restauro quod milites teneantur. Dicunt quod nunquam simile restaurum factum fuit et dicunt quod sepe 195 particulares persone pro bone terre substituerunt talia et nunquam eis factum fuit restaurum. Et dicunt quod similia inducta per eos in quibus non fuit factum restaurum sunt uerisimilia et similia inducta per alios non sunt similia.

Testes non sunt participes questionis	dominus Nicolaus Abraham
dominus Marcus Uenerio	Thomas Minoto
dominus Nicolaus Bon	Jacobus Taiapetra

Testes iurati in Candida dicunt quod fuerunt in consilio quorumdam nobilium tempore domini Hermolai in quo captum fuit de dishabitando Risam in quo nec facta fuit promissio nec datum intendimentum de restauro et habentes partem in Risa fuerunt magis uoluntarij alijs et dicunt quod de similibus factis temporaliter nunquam factum fuit restaurum.

Angelus Cariola, Benuenutus de Brixia cancellarij jurati in Creta dicunt quod tempore domini Jacobi Theupoli ser Andreas Cornarius conquerebatur erga ipsum de dishabitatione sui feudi de Lombaro de militibus, et dominus Jacobus 210 respondit quod faciebant ei obliquum. Benuenutus dicit quod in Venecijs dominus Hermolaus dixit quia magnum peccatum erat quia habere debebat de iure.

Dicunt responsores predicti quod dictum Angeli Cariola et Benuenuti nichil facit quia potuit esse quod dominus Jacobus credidit uerbis illorum, set ueritas est 214 in contrarium ut appareat expredictis.

'Επιτρέπεται εἰς τὸν Ἀλέξιον Καλλέργην νὰ ἀγοράσῃ δέκα ἡμιόνους.

F^o 54 Possit Alexius Kalergi emere x mullos.

'Ο Δοὺς Κρήτης νὰ διαπραγματευθῇ μετὰ τοῦ Γαβριὴλ Δανδόλου καπετάνου, ὅπως καταλάβῃ τὴν Ρόδον.

F^o 63 Tractetur per Ducham et ser Gabrielem Dandulo capitaneum de accipiendo Rhodum.

